

appellati hujusmodi tanquam frivolæ deferre tenentur, sed ea, quæcumque inhibito ab appellatiōnis iudice emanata, non obstante, ad ulteriora valeat procedere, &c. Ex quorum iuribus, & decretorum verbis expressè constat, frivolis inhibitionibus, & contra jus expeditis, nequaquam parendum esse, quod etiam advertit Cevallos *loc. cit.* quæ decreta, vel saltem alia similia ejusdem Trid. nempe, cap. 10. *sess.* 24. *de reform.* & c. 14. *sess.* 25. *de reform.* voluit intelligere, & interpretari Gondizal. de Paz *in praxi*, 5. *part.* tom. 2. cap. unic. num. 141. secundum intellectum, & interpretationem à nobis supra, num. 26. traditam textui, *in cap. Romana*, §. *fi. autem post sententiam, de appellat.* in 6. dum probavimus, textum illum, dum disponit, inhibitione expedita à superiori in casibus à jure aliis inappellabilibus parendum esse, & supersedendum in executione sententiæ, à qua appellatum est, procedere, quando iudex superior ultra causæ cognitionem requisitam à jure quibuslibet inhibitionibus; in his quæ expediuntur in casibus, quibus à jure prohibetur, appellari simul cogovit; an appellatio admittenda sit, vel non, secus autem quando iudex superior, hanc causæ cognitionem simul non adhibuit.

83 Quæ interpretatio verissima est, & tenenda generaliter, de quo 3. *part.* cap. 14. à num. 68. tamen quatenus Gondizal. de Paz ibi affirmat, illa decreta Concilii pariter esse intelligenda, juxta illam, ita ut Episcopus, vel ejus Vicarius supersedere teneantur in executione illarum sententiarum, (de quibus in d. Trid. locis) intimata sibi inhibitione cum præfata causæ cognitione, expedita; ille nimis perperam fallitur, cum illis decretis, & casibus permisum sit, Ordinario exequi, & non obtemperare inhibitionibus ob illorum decretorum specialitatem, & expressam providentiam.

Etenim licet singula jura tam Concilii, quam cap. Romana, procedant inhibitionibus, & casibus prohibitis appellare, diversa tamen sunt in dispositione, quoniam Trid. decreta non se continere sub terminis, & limitibus d. cap. Romana, §. *sin autem*, sed ultra procedunt, clarissime providentia, ut his in casibus nulla inhibito executionem impediatur, quoniam ad ulteriora procedatur ex his, quæ adducit Lancelot. Robert. *de attentat.* 2. *cap.* 20. n. 1. ut quando Principes mandant, quod non obstante inhibitione aliquis reintegraretur in possessionem, vel aliquis alius actus explicaretur, nulla inhibito ardet, sed admittat vires suas, & ea expressa ad ulteriora valet procedi absque metu attentati, ut in id rectè nonnullas applicat doctrinas, & fundamenta, quæ dispositio cum non inveniatur in casu text. *in d. §. sin autem*, nihil mirum, ut diverso jure censetur, & inhibito canonice, & debita causæ cognitione expedita suam debitum effectum fortiat, ut dictum est.

85 Ideoque omnes inhibitiones, quantumvis canonice causæ cognitione expeditæ, comprehensæ, & exclusæ censentur in dictorum decretorum casibus, ut clarè demonstrant. Maximè ex natura & virtute dictiois, quibus utuntur, prout est dictio (nulla) dictio (quæcumque) & dictio (quoquo modo) ut de dictione (nulla) quæ cum sit negativa universalis, seu generaliter concepta totum excludit, latè dicit Decius *in consil.* 3. *diligenter*, *column.* 4. numero 4. latius Turquell. *in l. boves*, §. *hoc sermone*, in 7. *limit.* num. 4. ff. *de verb. signif.* Roland. à Valle *in tractat.* de lucro dotis.

86 *quæst.* 31. num. 7. & Aleciat. *conf.* 6. nu. 17. lib. 4. & dictione (quicumque) quæ est apta comprehendere omnes casus, etiam expressis majores, Fel. *cap. de quarta.* n. 15. *de præscrip.* Gome. *in reg. de triennali.* *quæst.* 2. *versic.* tam. 15. Crescentius *decis.* 1. *de privileg.* Casar. de Graf. *sis decis.* 1. & 6. & *Decis.* 2. n. 3. 4. & 5. cum allegatis per eum eodem *tit. de privileg.* dictionem autem (quoquo modo) includere ea, quæ alias non comprehen-

detur, affirmat Decius *conf.* 173. numero 5. per text. *in cap. ad nostram*, ubi glo. *de probationibus*, verbo, *quoquo modo fecit*, l. *penult.* *de testam. milit.* l. *his solis*, *de conditione indebiti*, c. *si perfoliens*, *de homicidio*, & idem Decius latè *in d. c. ad nostram*.

Nunc & alia inest intricata tollenda difficultas, quænam iudicum, quibus diversa scripta Romana & Curia emanata, super causa appellatiōnis, per utramque partem in eadem causâ, ab eadem sententia, vel à diversis interpositæ, seque invicem inhibentibus, violentiam facere dicatur, appellatiōni à tali inhibitione interpositæ non deferens, (de materia hac in genere hujus quæstionis videndi sunt scribentes *in c. ut delius honor, de appellatiōibus*, & *in cap. 1. de rescriptis*, & *in cap. pastoralis*, eodem titulo, & alibi passim.)

Ad ejus tamen veram cognitionem notandum esse moneo, uno tantum ipsorum jurisdictionem in totum, & in solidum pertinere, eumque tantum de causa cogniturum, ut notatur ab omnibus *in d. l. cap. ut debitus*, & *d. c. 1. & cap. pastoralis*, ipsum igitur, qui jurisdictione caret, eo quod suo rescripto uti non potest, quia alterum prævaleat. Inhibere nullo modo potest, cum deficiat anima inhibitionis jurisdictionis, juxta ea, quæ latè per Lancelotum de attentat. 2. *cap.* 20. *in præfat. quæst.* 1. à num. 22. Gaspar. Guill. *in Rota decis.* 219. *part.* 3. Martiam *in compilat. decis.* tom. 1. *titul. de inhibiti.* *cap.* 7. & c. 8. & post alios Cardin. Tuse. *præf. conclus.* tom. 4. *lit. I. conclus.* 1. q. 1. num. 6. Alexand. *conf.* 60. *lib.* 7. ejusque inhibito nulla sit ex hujusmodi jurisdictionis defectu, & eodem Lanceloto, & his, quæ supra, hoc c. dixi, succedit, cum appellatio legitima sit, quam justificat nullitas, ut vim faciat manifestam in tanto pro actus nullius executione, ideo deferendum declaratur. E converso autem, cum apud alium iudicem tota remaneat jurisdictione, ac totius causæ in solidum cognitio, nulli sit injuria, nec violentia, ea utendo, & canonicè inhibendo, juxta regulam, *qui jure suo, de regulis jur.* in 6. quare huic iudici causam remittendam, ut ad ulteriora procedat, in Senatu declarabitur, pariter, & vim non facere appellatiōni ab eo, ejusque inhibitoria interpositæ non deferente, cum à iusta, & canonice inhibitione, tanquam ab interlocutoria mera non appellare, probavi à principio hujus capituli.

Quomodo autem cognoscatur, quis iudicium habeat jurisdictionem, qualeque horum duorum rescriptorum prævaleat, an forte temporis anterioritati sit standum: Et brevis resolve: quod ad hoc ut secundum rescriptum etiam de priori non faciens mentionem, ei prævaleat. Tria simul circa ipsum concurrere debent necessariò: prior, scilicet, præfatio coram suo iudice, prior citatio ejus virtute emanata, & prior citati exceptio; nempe quando citatur virtute secundi rescripti excipit de suo rescripto, allegando aliud se habere, & hoc anteaquam illud suo iudici præfentaret, quia his tribus requisitis, simul concurrentibus in secundo rescripto, ipsum prævalebit, juxta *c. ut debitus honor, appell.* ejusque communem intelligendum modum, communemque conclusionem, quam sequuntur, ibi Abb. Panorm. Perusinus, Præpositus, & Decius, & hos Martinus Navarr. *in præf. c. cum contingat* 13. *causa multa in princ.* quam etiam præbent Panor. Imola, Felin. Dec. & Ripa *in cap. 1. de rescriptis*, & an etiam vera sit! quando rescriptum primum præfentatum erat generale, secundum verò præfentatum speciale, vide eundem Nav. ibi, ubi etiam de aliis dubiis videbis.

Supradicta resolutio à nobis tradita, ut ille iudex vim faciat, cui jurisdictionis non competit, ejusque rescriptum revocatum; non solum verissima est, quando jam determinatum sit, quale eorum debeat prævalere, quod ita fieri solet, ut si sunt diversi iudices impetrati, & primi declaraverunt, ad se spectare jurisdictionem, secundi etiam idem facere, vel quia primum

primum rescriptum revocatum est per secundum, vel alia causa, sive dubium sit in facto, sive in jure, poterunt simul, & semel cognoscere, an sua sit jurisdictione, si neuter eorum alteri vult hanc competentiam terminandam cedere; c. si perfoliens, de homicidio, & eligendi sint arbitri, ut hoc faciant, text. *in c. pastoralis, de rescriptis*, per quem ita tenent Innocent. Antonius de Botrio, Abb. Fel. & Decius in eodem cap. *pastoralis*, quos etiam sequitur Marta *de jurisdictione*, 2. *p. cap.* 4. nu. 23. & 14. cum generale sit, ut quilibet iudex possit cognoscere, an sua sit jurisdictione, ut de delegato probatur in l. *prescriptione*, & c. *contra jus*, vel *utilitatem publicam*, ubi Bart. & Est. casus *in cap. super literis de rescriptis, in fin. & d. c. pastoralis*, ubi Innoc. & in *c. ex parte*, ubi Abb. in 3. *nota*, eodem titulo, de quo & aliis cæteris iudicibus Marta videndus loco proxime relato à princ. Sed etiam procedit adhuc præfata resolutio, quando nondum ita determinatum sit quia ex rescriptorum, & processus inspectione satis notoriè apparebit in Curia, cujus jurisdictione sit, quoniam ea careat, ut articulus violentiæ, & detegi, & determinari queat, quale sit antè rescriptum, quale prius præfentatum, quale prius exceptum, quale generale, quale verò speciale, & quale alterius mentionem faciens.

Ultimo loco se offert ad quam curiam recurrendum sit pro tollenda violentia, quando illi iudices se adinvicem inhibentes degunt in diversis districtibus, in quibus singula tribunalia suprema resident. Et ne lectoris animum suspendam, brevis resolve, ut ad hanc quæstionem trahamus omnes doctrinas, & distinctiones, quas in hoc capite in alio simili proposito addaxi, illud præ oculis habendo, ut inspicatur, à cujus iudicis solo facto, & gravamine appellatur. Nam ad curiam tunc sub cuius districtu ipse iudex deget, recurrendum est; pro violentia tollenda; si autem utraque pars appellat à cujuslibet iudicis inhibitione, quia tunc hic articulus effectus est unum continentis, quælibet curia adire potest; pro utriusque iudicis violentia cognoscenda, contentia causæ dividantur, juxta ea quæ latè supra probavi, & sic de singulis.

Cæteras autem difficultates, quæ circa inhibitiones accidunt, cognitis, & visis principis, & doctrinis hoc in capite adscriptis, facillimè per te solum vincere poteris; vide circa hanc difficultatem mirabiles doctrinas, quas adducemus infra, 4. *part.* cap. 4. ante fin. *versic.* ultimo pro necessario complemento, à n. 41. & vide supra, cap. 2. §. ad fin. l. p. à n. 16.

CAPUT XI.

A sententia reddenda rationis contra administratorem rei piæ, vel profanæ latæ, appellatiōni emissa non deferens, an vim faciat.

SUMMARIUM.

- 1 Trid. *sess.* 22. de ref. c. 9. circa reddendam rationem singulis annis per administratores Ecclesie etiam laicos.
- 2 Ad rationem reddendam, si ex fundatione, aut consuetudine aliqui sint deputati rei piæ, Ordinarius etiam adhibetur.
- 3 Ratio reddenda Ordinario administrationis rei piæ, etiam si in fundatione prohibetur expresse.
- 4 Ratio reddenda sententia contra administratorem merè interlocutoria est.
- 5 Ratio reddenda à sententia contra administratorem rei, vel loci piæ, appellatiōnis non esse deferendum, omnes conveniunt.
- 6 Ratio reddenda à sententia contra administratorem rei profanæ, an appellatiōni non deferens, vim faciat.
- 7 Ratio reddenda coram proprio Episcopo, nec antea ad Salgado de Protec. Reg.

Metropolitanum permittitur reddere.

8 & 25 A causa sententia an appellatio admittatur.

9 Appellatiōnis prohibitiō ex natura causæ, ut in altissimi, &c. est privilegium: quando verò ex odio, ut in contumace, confesso, &c. est pœna.

10 Rationem non reddentes debito tempore odio lex habet.

11 Omisium ab statuto habetur pro omisso maximè in dispositionibus strictis.

12 Ratio reddenda à sententia contra administratorem rei profanæ, appellatiōni non esse deferendum, verius defenditur.

13 Rationem sua administrationis jure divino reddere, administrator teneatur.

14 Rationem administrationis reddere obnoxius est omni administratori sive necessarius, sive voluntarius sive à jure, sive à iudice, vel homine constitutus, & etiam sine mandato.

15 Rationem reddere tenetur etiam summus Pontifex, si sit administrator.

16 A sententia lata in observantia juris ita dispositis appellatiōni non deferuntur.

17 Appellari nequit, ne fiat quod de jure fieri debet.

18 Appellari nequit à juris dispositione.

19 Ratio reddenda à sententia appellatiōne frivola est, quia nullum juris effectum sortiri potest.

20 Ratio reddenda sententia est merè interlocutoria, aliam expectans post se calculationibus peractis, & de praxi.

21 Ex calculatione, & computatione rationis administrator creditor potest apparere, interim autem nullus debitor iudicatur.

22 Ratio reddenda sententia utrique parti & communis, & favorabilis est.

23 Auth. de sanctif. Episc. §. *oconomos* collat. 9. interpretatur.

24 Administratoribus appellatio denegatur à sententia reddenda rationis propter odium, quo habentur à jure ob non redditam debito tempore.

Et in favorem administrationis reddenda à jure consideratur, ibid.

25 Pia causa non prohibet appellatiōnem de per se.

26 Ratio eadem quando est in pluribus casibus, pariter deciditur non per extensionem.

27 Etiam in dispositione odiosa, & pœnali.

28 Retractus permittitur inter conjuges etiam extenditur ad locos extraneos.

29 A sententia reliquatorum hoc est, de alcance, appellatio non datur.

30 Ratio reddenda à præcepto contra administratorem verum profanarum non potest appellari.

31 Tutor, seu ejus hæres non potest appellare à sententia de reddenda ratione tutela.

32 Dispositio continens favorem, & odium, tota iudicatur favorabilis.

33 Casus omisus similis expresso ex identitate rationis pariter in dispositione comprehenditur.

34 Ratio reddenda sententia contra administratorem rei piæ, vel persona excludit appellatiōnem, si appareat illum administratorem fuisse non aliam.

35 Dispositio non verificatur, nisi prius verificetur qualitas, super qua fundatur.

36 Rationem reddere qui de jure non tenentur, vel qui tenentur, si ante tempus compellantur, possunt appellare suspensivè.

37 Rationum calculatio, & computatio postquam calculatores sua dederunt vota, privatim tamen, an appellatiōne suspenditur ante partium recognitiōnem, & approbationem coram iudice.

38 Rationes, & calculationes si transferant in contractuum executionem habent, sicut ceteri contractus.

39 Rationum computatio, hoc est, el final alcance, quomodo

- modo sint coram iudice recognoscenda per debitorem, & de praxi.
- 40 Rationes, & computa privatim si pars coram iudice non recognoscat, & appellet, erit deferendum.
- 41 Et quid in computationibus rei pte etiam privatis.
- 42 Calculus revidetur per alium calculatorem reclamantem aliqua parte, quod tertius se conformet, & sequitur.
- 43 Liquidatio sententia reddenda rationis, non recipit appellationem suspensivam.
- 44 Executor sententia de reddenda ratione non excedit, si exequatur computa, hoc est, los alcances.
- 45 Rationis reddenda sententia qua tutor, seu alius administrator, condemnatur, non suspenditur per appellationem.

**A**dministratores tam Ecclesiastici, quam laici fabricæ consuevis Ecclesiæ etiam cathedralis, hospitalis, confraternitatis, elemosinæ, montis pietatis, quorumcumque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario, consuetudinibus, & privilegiis quibuscumque in contrarium subiaitis, nisi secus forte in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ, expressè cautum esset, quod si consuetudine, aut privilegio, aut ex constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius, aliter factæ liberationes dictis administratoribus minimè suffragentur. Verba sunt Concilii Tridentini *sessione 22. de reformat. c. 9.* super quod multa in declarationem dixerunt Cardinales, quæ per te videre poteris; exornant Barbof. in *remiss. ad illud*; Joan. Gutier. *can. q. lib. 1. c. 35.* Flores de Mena *pract. lib. 3. quest. 21. nu. 180.* cum multis sequentibus; Gratian. in *discept. forensib. c. 395.* à numero 1. cum seqq. idem

2 Gratian. *decision. 188.* Aloyf. Ricc. in *collecta. decisio. p. 3. collecta. 714.* & alii citandi, omnes unanimiter proficientes, confirmationem dicti decreti Tridentini, ad existentem consuetudinem, aut fundationem, qua aliqui sint deputati, quibus administrationis locorum piorum ratio reddatur, nihilominus cum eis Ordinarius omnino debet adhiberi.

Illud tamen ego, licet obiter, adverto in tantum verum esse ad Ordinarium pertinere, harum administrationum redditionem rationis; ut etiam si fundator in fundatione, hoc expressè prohibuisset Ordinario, ne se intromittat regimine, & administratione, adhuc conditione tanquam turpi, & contra substantiam, & naturam actus apposita, explosa, & rejecta, liberè poterit se in administratione intromittere, ut per Joana. Gutier. in *repetitione l. nemo potest, nu. 449. de legat. 1.* contra Mencha. de *successorum creatione, §. 7. nu. 17.* Abb. in *cap. requisitis, de testam. & Innoc. (cujus originalis est hæc opinio) in c. Later. nu. 5. de prob. in cap. cum dilectus, nu. 24. de consuetud. ubi Imm. nu. 22. resolvit, ut verissimam Cevall. *pract. q. com. opin. q. 282. à n. 19. cum seqq. & supra, vide quæ Barb. in rem ad d. c. 9. Trid.**

4 Quo cognitio, notandum est, hoc capitulum cum aliis hujus prioris partis posse federe. Etenim sententia, qua Ordinarius, seu iudex profert adversus aliquem administratorem de reddenda ratione, non definitiva est, sed merè interlocutoria, ut dicit & rectè Muñoz de Escob. in *c. tr. de ratiocin. q. n. 5. in princ.* quoniam hæc non definit negotium principale, sed solum principiat, quò n alia expectet post se, ut mox probabimus laudis.

5 A qua in interlocutoria de reddendo rationem, appellatio interposita an deferendum sit, reperio; ut si ab amministratore rei, vel loci pii emittatur, concordet esse juris Doctores; si necem denegata delatione, rectè posse procedere, ea postposita, & remota appellatione, absque metu, & reatu attentati, dummodo contit administrasse, pro quibus est text. in *autb. de sanctissimis Episcopis, §. economos, collatione 9. ibi: Oeco-*

nomos autem, & xenodochos, nosocomos, prochothrophos, & aliorum venerabilium locorum gubernatores, & alios omnes clericos, jubemus pro creditis sibi gubernationibus apud proprium Episcopum, cui subjacent conveniri, & rationem suæ gubernationis facere, & exigi, quod ex ipsis debentes ostenduntur, illi venerabili reddendum domui, ex cujus ordine debitum apparuerit, si verò putaverint, se gravari post repetitionem, metropolitanus causam examinet: ubi glossa verbo, *repetit*, exponit, id est, redditionem, cum idem sit, quia antequam causam appellationis profertur, mandatur executioni prima sententia, pro qua glossa etiam facit *dict. §. economos, ad finem*, ibi, non enim concedimus prædictis personis pro memoratis causis ante examinationem, & exactionem debiti proprios Episcopos, declinare, & ad alia devenire judicia, &c. quæ text. ita ad hoc propositum intelligit ibi Angel. post *dict. glossam*, ipsum etiam pariter intelligit Maranta ejusdem motus autoritate de *ordin. jud. 6. part. titulo de appellatio. n. 187.* ubi solum loquendo de administratore loci pii dixit, quòd si is fuerit condemnatus ad reddendum rationes, & appellaverit, polleinterim iudicem ipsum confringere ad reddendum eas. Petrus Dueñas in *regul. 42. limit. 21.* & cum Angelo, & Maranta idem firmat. Manfred. in *l. 2. practicarum conclusio super attent. conclusio 112.* ante quos, & hoc dictum Angeli (cui originem attribuit Doctores, cum penitus esset glossæ) allegavit Firm. in *suo reperitorio, in verbo appell. pendente post executionem*, idem etiam (& de administratore loci pii mentionem tantum faciens) sequitur Lancelot. Robert. in *tractat. autem. 2. p. cap. 12. appellat. pendens. limit. 19.* per quem idem tenet Scaccia de *appell. quest. 17. limit. 29. n. 1.* Ruginell. *tract. de appell. §. 2. cap. 3. sub n. 56. versic. idem*, & ita in administratore loci pii tenendum esse tenaciter, & ut verissimum, indubitabile observandum (pro observatur) quando Curia deatur pro tollenda violentia, quæ cum nulla appareat, iterum etiam non deferendi iudici ipsi causa retinenda est; Barb. in *remiss. ad Trid. sess. 22. de reformat. c. 8. n. 12.*

Difficultas tamen in eo consistit, eadem, an sit trahenda doctrina generaliter ad omnes administratores etiam rei profanæ, prout sunt tutores, negotiorum gestores, Consules, & Rectores civitatum, & villarum & similes. Et partem negativam ad illos non extendi videtur probabilis, aut appellatio suspendat ab illis emissi, primò ex regula generali, quod non prohibetur, censetur permissum, in *tot. tit. ff. nihil nocere appell. &c.* sed hoc casu appellatio administratoribus, nec etiam loci pii prohibita invenitur, nec id probat text. in *d. §. economos, de autb. de sancti. Episc. col. 9.* cujus dispositione moti fuere Doctores relati quoniam ibi tantum disponitur, ut administratores coram ordinariis Episcopis, in prima instantia teneantur reddere rationem, nec possint ejus jurisdictionem declinare, nec ad Metropolitanum pro ipsa reddenda ire, probant, verba illa (alios omnes clericos jubemus, pro creditis sibi gubernationibus apud proprium Episcopum, cui subjacent conveniri, & rationem suæ gubernationis facere.) Sequitur, & facit ad finem (non enim concedimus prædictis personis, pro memoratis causis ante examinationem, & exactionem debiti, proprios Episcopos declinare, & ad alia venire judicia, &c.) & illum text. etiam summavit in hunc sensum, Bart. ac generaliter etiam noviter disposuit Conc. Trid. *sess. 24. de reformat. c. 20.* ut omnium causarum in prima instantia cognitio ad proprium Episcopum omnino pertineat, prout de jure est *tot. tit. de foro compet. ergo cum text. ille in quo fundatur DD. nec in genere, nec in specie prohibeat appellationem, sed diversimodè disponat, nec alibi invenitur in hoc casu prohibita, regula permissivæ inhærendum est.*

Secun-

Secundò, quia quando concedimus dictorum DD. intentionem, ut prohibeat appellationem quoad unum saltem effectum suspensivum, ex illo text. si emittatur ab administratoribus loci pii, ratio fundamentalis tamen illius textus non est realis, ita ut valeat adaptari omni ratione reddendi sententiæ, & contra quoscunque administratores latæ, sed specialis est, & peculiaris conveniens tantum causis piis, quibus, quia propter sui prærogativam hoc à jure inductum est privilegium, ut à quaruncumque causarum suarum sententiis non sit admittenda appellatio, ex his quæ dixit, & adduxit Tiraq. in *tract. de privileg. pte causas, privi. 153. in princ.*

9 Tertio, ut in hoc casu appellatio legitima sit quoad utrumque effectum, quia facit, prohibito appellatione, tunc est privilegium, quando provenit ex natura causæ ut in alimentis, beneficio curato, possessorio, & similibus, quando autem provenit ex odio, ut in atrocitate criminis, seu in convicto, & confesso, vero contumace, & similiter, quia privat beneficio juris communis, est pena, ita docet eleganter Bald. in *leg. observare, n. 12. Cod. quorum appell. non recip. sed quantum confiteamur text. in d. §. economos, prohibere appellationem administratoribus loci pii, nulla alia est ratio, quam in odium eorumdem sub debito tempore rationem non reddentium, ut rectè advertit Escobar de *ratiocin. cap. 4. n. 5. & 6.* ergo cum sit diffinitio penalnis, non debet extendi ultra casum in ea expressum, ut vulgare est.*

11 Quarto & ultimo pro hac parte facit, quia omisum ab statuto, habetur pro omisso. *c. penult. de jurejur. c. in nostras, de injuriis, Alexand. conf. 13. circa primam, col. 6. vers. beneficii, lib. 5.* Barba. *conf. 35. clemensissimis, col. penult. l. 1. Philipp. Decius conf. 188. in casu propositi, quod semper procedit in dispositionibus strictis, Petrus de Anchara. consilio 1. pro isto, circa medium, prout hæc (de qua agimus) est, cum sit odiosa, auferens & privans defensionibus, ut probat Philipp. Franc. in *cap. pastoralis, columna pen. versic. sexto quaritur, de appellat. c. odia restringi, de regul. jur. cum concord. lib. 6.* ergo cum solum disposuerit circa administratores pte cause, omiseritque profanæ administratoribus, pro omisso habendi sunt.*

Sed his non obstantibus, contraria opinio mihi, & verior, & probabilior videtur, nempe appellationem emissam à quibusvis administratoribus, etiam rei profanæ non obstat, quominus ea pendente, ad redditionem rationis cogatur absque metu, & reatu violentiæ. Primò, quia cum omni jure tam divino, quam humano aliena gerens negotia in calce suæ administrationis ejus reddere rationem teneatur omnino, juxta illud Lucae c. 6. *Redde rationem villicationis tuæ, cujus meminit Pontifex in cap. qualiter, & quando de accusa.*

12 probant etiam in *c. 1. de obligat. ad ratiocin. §. l. 23. tit. 6. p. 1.* ubi Gregorius Lopez plures refert. Bæça in *tractatu de decima tuo, pres. c. 1. n. 154.* alios per Rolandum *conf. 141. nu. 9.* Menoch. *l. 2. de arbit. cent. 2. col. 109. n. 1.* ad quam obligationem tenetur omnino, & erit obnoxius omnis quilibet administrator, sive necessarius, sive voluntarius à lege, iudice, vel homine constitutus (etiam si sine mandato administraverit) Damhouderus in *tractatu de tutore, curatore, fol. 66. nu. 17.* Escobar de *ratiocin. c. 3. nu. fin. quod verum adeò*

13 & erit etiam summus Pontifex fuerit administrator, eodem jure tenetur, ut tenet per Boërium *q. familiari 15. Joseph. Ludo. decis. q. nu. 4. Roman. conf. 414. in princ. Dec. conf. 90. vers. circa secundum, constat appellationem à sententia lata pro observantia, & conformitate juris esse illicitam, & illegitimam: text. celebris, arg. in *c. consulto, el. 3. de appell. ibi, non convenit ut pro hujusmodi appellationibus ab observatione decreti debeas obnere, &c.* ex quo text. singularest quandam conclusionem deduxere Doctores, præcipuè*

Maranta de *ord. judiciorum, §. p. tit. de appell. n. 345.* quem referens sequitur Gutierrez *vers. 10. n. 21.* videlicet, ab actu gesto secundum legis, seu juris dispositionem, & canonicas sanctiones, à iudiceque exequente, non esse licitam appellationem.

Nequit enim appellari, ne fiat, quod de jure fieri debet, aut potest. *l. ex consensu, §. fin. ff. de appell. cum nobis olim, de electione. c. 1. ex ore, in fin. de his, quæ sunt à majori parte cap. Archidiacon. in c. decernimus, in vers. offerantur 16. q. 7. & Doctores mox citandi, qui omnes ad propositum conducunt illud Christilii Domini, quod dixit Saulo Aduum Apostolor. c. 9. *Durum est contra stimulum calcitrare.* Paulus de Citadinis in *tract. de jur. patr. in 6. p. in 8. q. sequitur Abb. in cap. pastoralis per text. ibi de jure patr. & aliis relatis Lambert. de jure patro. 2. l. 2. art. 107. q. 1. & facit, quod in simili habetur in l. postquam, ut legatorum nomine caveatur: ex quo namque constat ipsum administratorem fuisse, potius videretur appellare à legum dispositione, quam à sententia iudicis, quod fieri nequit, *l. fin. ubi Bart. & alii ff. de appell. recip. Bart. in l. si qua pæna, ff. de verborum signif. & in l. omnes populi. §. q. princ. in fin. de just. & jure Alex. conf. 190. mature col. 3. l. 2.* Decius in *c. qua in Ecclesiis, de censu.* Bart. specificè in *l. nemo exterrus, C. de Judais, Natta conf. 11. n. 10. tom. 1.* ubi dicunt, quòd à legis, vel statuti generalis etiam iniquitate non potest appellari. Igitur nulla violentia à iudice non deferente committitur, maxime quia hæc talis appellatio omnino frivola debet reputari, ex quo namque constat, ipsum administratorem fuisse, quem potest isthæc appellatio juris effectum fortiri, cum jure omni ad rationis redditionem sit obnoxius, aut quid ex ea (jure attento) potest sperare? Nihil. Ergo frivola notoriè, secundum Gemin. in *c. cum app. frivolis, col. 2. vers. quæ quod imoport. de appell. l. 6.* quem referens sequitur Manuël. Rodrig. in *q. reg. tom. 1. q. 8. art. 15. circa pr. & frustratoria etià quia frustra speratur id cujus eventus nullus est effectus: igitur ei non deferendum est, c. cum appell. frivolis, nec jus deferat, nec sit à iudice deferendū, de appell. 6. lib.***

Secundò & pro hac eadem parte facit, quia hæc sententia de rationibus reddendis est merè interlocutoria; ut dicit Escobar in *d. c. 4. n. 5.* aliam iudicis expectans post se: nam nominantur calculatores ad dispungendum, & calculandum rationes, quibus peractis, producuntur coram iudice, ut super debitis juris questionibus sententiam proferat, secundum Castellum in *lib. 27. Tauri. vel quæro, quest. Joan. Gutier. q. 7. quæ 37. n. 1. & 3.* Escobar. de *ratiocin. c. 9. n. 25.* & antea dixerat Paul. Castrenf. in *l. cui libertas, ff. de conditio. & demonstrat. & probatur etiam ex l. instar. C. de jure facti, ibi, instar rei iudicatur obtinere minimè potest computatio à tabulariis facta, nisi sententia procuratoris fuerit comprobata, & ibi glossa, & Doctores. Nec damnum illius in ea considerari potest, nihil enim ab eo exigitur, nec aliud, quam recta administratio spectatur, cum incertum sit debitum, imò & debitor etiam incertus est cum ex calculatione, & computatione potest administrator creditor apparere, dominus verò debitor. Et quia hæc sententia de rationibus reddendis utriusque parti & communis, & favorabilis est, ergo ab ea appellationi interpositæ minimè deferendum est *ex leg. ante sententia, ff. de appellat. recip. & leg. ante sententiam, C. quorum appellat. non recip. & Conc. Trid. sess. 24. de reformat. c. 20.**

Tertio confirmatur, supponendo text. in *d. §. economos*, quo nostri fundantur, verè, & realiter probare sententiam, ad quam illum allegant; nam licet principalis ejus disponat intentio, causas rationum in prima instantia ordinariis Episcopis pertinere, coram eisque omnino tractari debere; ultra tamen procedit hæc extendens ad realem, & effectivam exactionem, ut monstrant verba illa, ibi, apud proprium Episcopum, cui subia-

Y 4 subia-

subiacent, conveniri, & rationem suæ gubernationis facere, & exigi, quod ex ipsis debentes ostenduntur, &c. & ibi ita, ut ad Metropolitanam superiorem causa non trahatur antea exactionum, & rationis redditionem: ibi si verò putaverint se gravari post repetitionem, Metropolitanam causam examinet, &c. & clarius etiam apparet ex vers. non enim, ibi, non enim ante examinationem, & exactionem debiti proprios Episcopos declinare, & ad alia venire iudicia, &c. sicque inter cætera hoc simul disponit.

Qui quidem textus, licet mentionem tantum faciat de administratoribus loci pii, tamen ratio fundamentalis ejus est realis, cæteros comprehendens administratores, & administrationes, ea namque illa est, propter odium nimium, quo jura habent administratores, debito tempore non reddentes rationem, ut probat Escobar, de ratio. d. c. 4. n. 5. & propter nimium favorem, quem rationis dispensatio à lege divina, humana,

24 & Canonica intuitus accipit, per quæ omnia alia privilegia specialissima, & jure communi exorbitantia ipsi conceduntur, ut videre est ex his, quæ latè Escobar ibi à n. 1. & à n. 6. & etiam aliis rationibus illius text. dispositio mota est, inducitur à jure communi, quas tradimus in primo, & secundo fundamento hujus secundæ partis; quæ quidem omnes militat pariter in omnibus administratoribus, & administrationibus, tanquam reales, & genericæ; sicque text. ille non fuit motus specialis & peculiaris ratione in solius piæ causæ favorem inducta, maxime, quoniam verius est de jure, ut sola piæ causæ ratio appellationem non prohibeat, secundum Roman. in auth. similiter, in 6. speciali, Alex. in addit. ad Bar. in l. Mela, ff. de ali. & cibariis, leg. voluit gl. ord. in cap. tua nobis, dum loquitur circa decimas, quæ est pia causa & in favorem animæ, ex quibus, & aliis rationibus, & autoritatibus hanc sequitur opinionem Tiraquell. in tract. de priv. pia causa, priv. 153. fol. 124. & nos latius infra Deo dante dicemus.

25 Quapropter certum est, textum illum etiam habere locum in cæteris quibilibet administratoribus; nam quando in pluribus casibus eadem est ratio, ea decedit omnes casus, non quidem per extensionem, sed sicut genus comprehendens species, sic generalis ratio comprehendit diversas species casuum emergentium, ut voluerunt Petrus, & Linus in l. jura non in singulas, ff. de leg. & in l. quod verò contra rationem, ff. eodem. Bald. in l. de quibus, eodem tit. & in auth. post fratres, l. 2. C. de legiti. hæred. dist. & in c. quia verò ante fin. de iudiciis. Quod quidem contingit non per extensionem, sed verè per tacitam dispositionem ejusdem, ut ipse Bald. dicit ibi notari, in l. bis solis, Cod. de revocac. donatio. Petrus Anchax. cons. 46. super d. col. 2. Paul. Castren. col. 83. præfens casus, col. 2. l. 2. Hieron. à Laudentiis in repeti. l. si emancipati, q. 5. C. de collation. Surd. cons. 302. nu. 22. vol. 3. adeo ut etiam si sit constitutio odiosa, non dicitur extendi, quando ex rationis identitate, & mente ejus extenditur, ut not. Bald. (in re omnino huic simili,) in d. leg. de quibus, col. 11. vers. item nota quod non dicitur, Joan. Andr. in c. si postquam, de electione l. 6. ipsumque dictum Bald. non solum procedit in dispositione odiosa, sed etiam pœnali, ut per Alexand. in l. uxorem colom. ultim. C. de his, quibus ut indign. quæ ratio à nobis supra tradita dist. §. æconomus. & solida, & vera sit, habetur pro expressa, à qua potest sumi argumentum à simili, & à contrario sensu, & alia hujusmodi, ac si expressa fuisset, ex sententia glossæ, quam omnes ibi, & ubique sequuntur in leg. quamvis, Cod. de fideic.

26 Nec obstat Petrus, & Linus in l. jura non in singulas, ff. de leg. & in l. quod verò contra rationem, ff. eodem. Bald. in l. de quibus, eodem tit. & in auth. post fratres, l. 2. C. de legiti. hæred. dist. & in c. quia verò ante fin. de iudiciis. Quod quidem contingit non per extensionem, sed verè per tacitam dispositionem ejusdem, ut ipse Bald. dicit ibi notari, in l. bis solis, Cod. de revocac. donatio. Petrus Anchax. cons. 46. super d. col. 2. Paul. Castren. col. 83. præfens casus, col. 2. l. 2. Hieron. à Laudentiis in repeti. l. si emancipati, q. 5. C. de collation. Surd. cons. 302. nu. 22. vol. 3. adeo ut etiam si sit constitutio odiosa, non dicitur extendi, quando ex rationis identitate, & mente ejus extenditur, ut not. Bald. (in re omnino huic simili,) in d. leg. de quibus, col. 11. vers. item nota quod non dicitur, Joan. Andr. in c. si postquam, de electione l. 6. ipsumque dictum Bald. non solum procedit in dispositione odiosa, sed etiam pœnali, ut per Alexand. in l. uxorem colom. ultim. C. de his, quibus ut indign. quæ ratio à nobis supra tradita dist. §. æconomus. & solida, & vera sit, habetur pro expressa, à qua potest sumi argumentum à simili, & à contrario sensu, & alia hujusmodi, ac si expressa fuisset, ex sententia glossæ, quam omnes ibi, & ubique sequuntur in leg. quamvis, Cod. de fideic.

27 Quibus adijunge doctrinam And. Tiraq. de rer. lig. §. 40. gloss. un. c. nu. 1. & huic nostro casui similem, dum dicit, quod statum permittens retractum inter conjuges, cum ejus ratio sit societatis, habeat etiam locum in cæteris sociis extraneis, licet tantum de conjugibus mentionem fecisset, ex identitate rationis.

28 Pro qua etiam parte in questione proposito facit, 29 quod dicit Joann. Gutier. in pract. quæst. civ. quæst. 37. nu. 1. ubi loquendo de administratoribus rerum profanarum, ut villæ, vel civitatis, an habeat locum appellatio à sententia reliquatorum, hoc est, de alcance, & pro negativa (quam ut veram resolvit) allegat pro expresso text. in d. §. æconomus, aut. de sancti Episcop. col. 9. idem etiam sentit Escobar supra d. c. 4. qui postquam per ejus discursum loquutus est de omnibus administratoribus profanæ rei, dicit n. 5. ipsos eisdem administratores non posse appellare à præcepto de reddendo rationem, allegando d. §. æconomus, nulla constituta differentia, sed potius idem in eisdem sentit, & licet ipse in cap. 13. numero 6. videatur crima facie tenere contrarium, ut illius textus dispositio sit specialis in ratione, scilicet cultus divini, qui quidem debet intelligi in casu, de quo argumentatur, nempe, post calculationem, & rationem redditurum, ac calculorum. Nos autem loquimur in sententia interloquutoria lata, adversus administratorem de reddenda ratione, quod est multum diversum, ut postmodum apparebit. Et illum §. æconomus, intelligit in administratoribus profanæ rei post alios, quos citat Avenan. de exequen. mandatis, l. p. cap. 12. n. 37. idem & expressè Scac. in tr. de appell. q. 17. lim. 29. n. 1. ad fin. dicens, quod executio sententiæ, quæ tutor, vel ejus hæredes condemnantur ad reddendam rationem tutelæ, non suspenditur per appellationem, id in terminis tenet Borguinus Cavalcanus in tr. de tutor. & curator. n. 113. tom. 8. part. 2. fol. 340. In quem etiam sentum accipiendum est, quod Cavalcan. tenet in tract. de tutore, à nu. 222. & cæteri Doctores, quos supra retulimus, mentionem facientes tantum de administratoribus loci pii. Similem hunc casum non negant, sed omittunt transientes, & inhærentes verbis d. §. æconomus, & sic hanc secundam partem ego ut veriore, & magis probabilem, jureque consonantem sequor libenter, ex rationibus relatis, ut rectè possit procedi ad compulsionem, pendente appellatione, emissa à quolibet administratore rei profanæ, emissa nempe à sententia interlocutoria de reddenda ratione villicationis. Et in terminis etiam tutoris idem affirmat Marquell. in comm. ff. l. p. c. 16. n. 69. & seqq. ubi alios citat, de quo nos infra n. fin.

Nec obstat quæ pro contraria parte adduximus, nec primum fundamentum, cui directio responsionem reddimus in tertio fundamento hujus secundæ partis, ubi probavimus, d. §. æconomus, utrumque casum providisse, permisisseque executionem sententiæ: de rationibus reddendis, appellatione pendente. Nec etiam obstat secundum, quia veram, & fundamentalem rationem assignavi, in d. fundamento hujus secundæ partis, & hanc generalem, omni administrationi convenientem, non verò specialem pietatis intuitu (ut argumentum supponit) quia etiam tunc verius esse appellationem permissam quoad utrumque, ex Tiraq. in tractatu de priv. pia causa, aliique solvi. Nec obstat tertium, & ultimum, quia licet in odium administratoris sit executio sententiæ de reddendo rationem; tamen etiam inducitur est in favorem, & privilegium causæ dispensationis rationis, ut sursum diximus, & quando dispositio continet favorem & odium, tota ea dispositio simpliciter censetur favorabilis, ut tenet Bald. in l. 2. C. qui non poss. ad liber. pro. Anchax. cons. 37. contra Joannem, post medium, & consil. 215. scribit Papa. col. 2. vers. in contrarium, & alios quos supra adduximus latius in c. 2. hujus secundæ partis, & quando tota diceretur odiosa, adhuc non procedit argumentum, quando sit extensio ex identitate rationis ad similes casus omittos, etiam in dispositione odiosa, per Doctrinam Bald. in leg. de quibus, col. 11. vers. item nota, quod dicitur, & Joan. Andr. in c. si postquam, de electione, l. 6. diximus supra, in tertio fundamento hujus secundæ partis,

partis, & etiam in dispositione pœnali, ut ibi per Alexand. notavi.

33 Et huic objectioni in aliam questionem adductæ respondet, & satisfacit Andreas Tiraquell. de rer. lig. §. 20. gloss. un. c. n. 1. dicens, quod, quando in dispositione omittitur casus similis expresso, aut sit in utroque eadem ratio, utrumque comprehendat dispositio, nec pro omisso habeatur, l. si extraneus, ff. de conditio. ob. au. & leg. ult. §. ultimof. mandati, l. si quis mihi bona, §. sed si mandavi, & ibi Bald. cæteri ff. de acquir. hæred. Gloss. in leg. si cum dotem, in princ. in verbo mulieri, post principium ff. soluto matr. ubi in id alias plures auctoritates adducit.

34 Præfatam tamen resolutionem tam primæ, quam secundæ questionis, & sic in quibusvis administratoribus tam piæ, quam profanæ rei, libenter limitarem, ut non procedat, quando negatur, nec constat contentum administratorem fuisse, quoniam cum d. §. æconomus, & cætera jura supra circa hanc materiam adducta, disponant super certo, & cognito administratore, recusante tamen debito tempore suæ villicationis rationem reddere, ut ex eis patet, & præcipue ex Escobar dist. num. 5. qui hoc expresse videtur sentire dum dicit, dummodo constiterit administrasse, sequitur quod si de eo probabiliter dubitetur, & nihilominus ad redditionem rationis condemnatur; legitima reputabitur appellatio, cui si delatio denegatur, vim fieri in Curia declarari, quia quando lex fundatur super aliqua qualitate ejus non procedit dispositio, nisi prius de qualitate appareat: gloss. in verbo mancipia, verbo advocandum, C. de servis fug. not. Jacob. Butr. Bald. Fulgo. Paul. & Salicet, ibi Roma, singula 459. & alius, quos citat Joan. Garcia de conjug. acquirit. n. 33. & 120. Guiet. consil. 1. n. 16. Roland. à Valle consil. 19. n. 14. & conducent quæ Farin. q. crim. tom. 1. quæst. 21. à n. 87. & quæst. 21. nu. 1. & quæst. 8. numero 86. Cardin. Mant. in tract. de contract. tom. 1. lib. 4. tit. 26. nu. 11. ubi plures citat, & prius de legitimatione personæ; etiam in executionis consistere debet, alias appellatio legitima est, vide quæ latissime dixi, supra, hac 2. p. c. 6. limit. 2. à nu. 58. cum sequentibus, ubi latè de hac materia.

35 Secundo pariter limitarem, ut nec procedat præfata resolutio in his personis, quæ ad ratiocinia excusata sunt de jure, ut ea reddere non teneatur, vel si teneatur, debitum ante tempus compellunt, de quibus latissime Escobar, d. tractatu de ratio. in cap. 5. & 6. nam si hujusmodi executionem, & exceptionem non calumniosam, se à jure approbatam allegaverint, non autem si non allegatur, sed si allegata repellatur, vel admitti non obstante, condemnentur ad reddendum rationem, libebit appellare, eique deferendum, argumento celebris text. §. in l. i. si quis tut. ibi, non oportet enim provocare, & ibi, sed inter tempora præstituta executionem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debet, cæterum ante frustra appellatur, &c. §. quando appellandum sit, cum aliis.

36 Hucusque disputavimus de appellatione à mandato de reddenda ratione administrationis, nunc obiter inquirendum est de appellatione; quæ emittitur à calculatione jam facta, & in esse deducta, hoc est postquam calculatores sua vota, & computa protulerunt, feceruntque. In quo breviter dicendum est, quod si privatim, & per particulares calculatores rationes disputantur, & quantum sit reliquatum finale appareat, minimè executioni mandantur, nisi quando partes jam illis acquieverint, easve coram iudice approbaverint, & recognoverint partes, tanquam privatam scripturam ita post alios Aviles in c. prati. c. 30. gloss. verb. sagam. pagar. Parla. l. 2. rerum quoti. c. fin. 1. part. 6. n. 1. & seqq. & in l. instrumenta domestica, C. de fid. instru. & in l. §. tit. 21. lib. 4. recop. idemque in terminis nostris fir-

37 mat. Bartol. in l. instar. n. 16. Cod. de jure fisci, si verò 38 in contractu hujusmodi rationes, & rationes, & reliqua transeunt hoc casu, ut quilibet alius contractus executionem meretur; ut tenet Giron. de Gabell. 2. part. §. 1. nu. 10. Gutier. in pract. lib. 1. cap. 37. n. 2. Azeved. in l. 22. tit. 6. lib. 3. recop. Bobad. in Polit. lib. 5. cap. 4. n. 84. Parlad. ubi proxime.

Igitur peractis, ac confectis privatis his rationibus, 39 pars, quæ alteram reliquavit, petat, ut calculatores illas coram iudice producant, coram quo petitur, ut pars debitorum juret; an in illa quantitate fuerit reliquata, sique recognoscat, hæcque rationes propter instrumentum privati cognitum merebuntur executionem, ut reallumendo materiam dicit Scacc. supra d. c. 31. à princ. & n. 6. si talem pars reliquata non recognoscat, sed imò se gravatam dicat in ratiociniis, & calculationibus appellaverit, appellationi deferendum erit, ut per gloss. in §. æconomus, tenet Escobar ibi d. nu. 6. Quod tamen limitatur secundum ipsum in piis causis, in quibus speciali ratione scilicet, cultus divini non minuendi, femora appellatione, ad executionem privatam rationum proceditur, pro quo allegat d. §. æconomus, in vers. non enim, quam rationem in hoc casu reprobo, cum jus commune sit in contrarium, ut dixi.

At verò in casu superius à nobis disputato est diversum; nempe quando appellatur, scilicet, à sententia interlocutoria, qua jubetur quis reddere rationem, quo casu appellationem generalibus omnibus administratoribus negavimus, ex ratione à jure communi inducta, & sic dispar ratio militat in utroque: nam in supradicto casu generaliter prohibetur appellari ab administratoribus quibusvis, à sententia de ratione reddenda, quia nullum præjudicium ibi consideratur: nam ex quo constat, ipsum fuisse administratorem, esset frivola, & frustratoria appellatio, & potius videretur interposita à lege, ejusque dispositione, quàm à sententia illa.

40 At verò in isto proximo superiori casu, nempe; facta calculatione, & reddita ratione, cum potest in eadem esse gravamen, error, vel aliud præjudicium, cum commune permittit generaliter omnibus administratoribus reclamantibus, ad versus ipsas calculationes privatas appellationem quoad utrumque effectum, & sic subintrat prædicta limitatio fundata in speciali ratione piæ causæ nempe. Quando igitur pars reclamatur per alterum calculatorem, petitus calculus revidetur, & quod ille approbaverit iudicis confirmatione sequuta, executioni demandabitur, ut per Parlad. & Escobar supra relatos.

41 Quid autem erit dicendum, ubi in executione hujusmodi sententiæ, qua administrator simpliciter, & genericè condemnatus fuit ad reddendam rationem administrationis, an à facta liquidatione per calculatores, quid, quantumve sit reliquatum, appellationi emissa judex non deferens, vim faciat? Et partem negativam, ut vim non faciat, quia à tali liquidatione non admittitur suspensiva appellatio, post disputationem concludunt Ozaleus decisio. Pedemont. 129. per totam, Francisc. Muñoz de Escobar in d. tract. de ratiociniis, c. 33. nu. 22. quem sequitur disputans Gratian, discepta forens. 1. tom. c. 183. à n. 40. & seqq. & supra, à num. 1. pro quo etiam vide quæ latè nos infra, 4. p. cap. 10. à princ.

42 Amplius quæri potest, quid de executore dato pro executione hujusmodi sententiæ, qua quis condemnatur ad reddendam rationem, an excedat, facta calculatione, illam extendat ad reliquatorum, hoc est (los alcances) executionem, & solutionis compulsionem. Pro qua difficultate multa seim dignissima congestimus infra, 4. p. cap. 9. de excessu de re ad rem, vers. seqq. & in l. instrumenta domestica, C. de fid. instru. & in l. §. tit. 21. lib. 4. recop. idemque in terminis nostris fir-

43 Quid autem erit dicendum, ubi in executione hujusmodi sententiæ, qua administrator simpliciter, & genericè condemnatus fuit ad reddendam rationem administrationis, an à facta liquidatione per calculatores, quid, quantumve sit reliquatum, appellationi emissa judex non deferens, vim faciat? Et partem negativam, ut vim non faciat, quia à tali liquidatione non admittitur suspensiva appellatio, post disputationem concludunt Ozaleus decisio. Pedemont. 129. per totam, Francisc. Muñoz de Escobar in d. tract. de ratiociniis, c. 33. nu. 22. quem sequitur disputans Gratian, discepta forens. 1. tom. c. 183. à n. 40. & seqq. & supra, à num. 1. pro quo etiam vide quæ latè nos infra, 4. p. cap. 10. à princ.

44 Amplius quæri potest, quid de executore dato pro executione hujusmodi sententiæ, qua quis condemnatur ad reddendam rationem, an excedat, facta calculatione, illam extendat ad reliquatorum, hoc est (los alcances) executionem, & solutionis compulsionem. Pro qua difficultate multa seim dignissima congestimus infra, 4. p. cap. 9. de excessu de re ad rem, vers. seqq. & in l. instrumenta domestica, C. de fid. instru. & in l. §. tit. 21. lib. 4. recop. idemque in terminis nostris fir-

concludimus; nec excedere, nec appellationi à tali gravamine deferendum esse. Et idem etiam in terminis affirmat post alios, quos citat Cardin. Tusc. practice. conclus. tom. 1. lit. A, conclus. 210. à princ. plures citavimus d. 9. & iis adde quod per l. cum servus, ubi Castrenf. ff. de conditio. & demonst. Socin. consil. 28. sub n. 1. vol. 4. Roland. à Valle consil. 49. n. 41. vol. 1. Afflicti. decisio 197. nu. 2. decisio. Genuens. 209. sub nu. 2. Marquell. tract. de commissio. appell. à Cameral. oblig. 1. part. cap. 16. nu. 69. quo etiam loco loquitur de sententia, qua tutor, seu alius administrator condemnatus est ad reddendam rationem, ut non suspendatur ejus executio per appellationem, ita intelligens, post Angel. in §. œconomos, in fin. authentica de sanctiss. Episcopis. Borginimum Calvacca. tractat. de tutorib. & curat. n. 22. de quo nos superius.

CAPUT XII.

A sententia affirmative, vel negative lata super attentatis, appellationi delatio denegari nunquid queat absque metu violentiæ?

SUMMARIUM.

1. Attentatorum sententia est merè interlocutoria.
2. Attentatorum revocatio non recipit appellationem suspensivam.
3. Operis novi post denuntiationem qui edificat, attentat, & per attentatum demolitur edificium.
4. Edificium post denuntiationem, & preceptum iudicis revocatur eodem privilegio, quo attentata appellatione pendente.
5. Denuntiationis novi operis habet vim inhibitionis.
6. Demolitionis operis attentati sententia non recipit appellationem.
7. & 9. C. significantibus, de novi operis nuntiat, interpretatur.
10. & 11. Jus omne potentius operatur in causa, quam in causato.
12. Causa magis servitium præstat.
13. Causa plus insit in seipsa quam in causato.
14. Attentati ob suspensionem non admittitur appellatio articulo commisso.
15. Contemplatione alicujus quod sit, ipsi fieri censetur.
16. Interlocutoria sententia prout est attentatorum revocatio, non recipit appellationem.
17. Attentata ante omnia revocantur.
18. Ad attentatorum revocationem appellatio est contra jus.
19. Jus quæsitum facilius amittitur, quam jus quærendum.
20. Attentatum, & innovatio privant appellatum ab appellatione, cui ex eo facto censetur renuntiare. Etiam si attentatum postmodum purgetur, ipsa durat renuntiatio appellantis, ibid.
21. A gravamine momentaneo non licet appellare.
22. Attentatum magis favorabile est, quam spoliium, & interdichum, Unde vi.
23. Attentatorum remedium si cadat super possessione attentata, sapit naturam veri possessorii.
24. Attentati sententia revocatoria non recipit appellationem, etiam expensarum, quarum condemnatio fit.
25. Attentatorum revocatio plura continet privilegia, pluresque pæne inducunt in odium attentantis.
26. Attentatorum revocatio celeberrimè expeditionem desiderat, & liti abbreviationem.
27. Lancelotus Robertus trepidè resolvit questionem, an attentatorum revocatio admittat appellationem.

28. Attentata possessionis revocatio non recipit appellationem.
29. Attentatorum appellatione pendente revocatoria sententia non admittit appellationem.
30. Attentati licet pendente revocatoria sententia non recipit appellationem, quando à causa principali non licet appellare.
31. Attentatorum revocatio generaliter appellationem non admittit.
32. Ab attentati revocatione denegatur appellatio in odium & panam attentantis, & in favorem attentati passivi.
33. Attentans hanc patitur panam, ut non audiatur appellans.
34. Attentatorum revocatio non recipit appellationem suspensivam, sed devolutivam sic.
35. Et qui teneant hanc opinionem mediam.
36. Attentatorum revocatio sententiam semper emittit Nuntius Hispanie.
37. Attentatorum revocatio magis favorabilis judicatur, quàm causa pensionis etiam cum clausula (sine retardatione solutionis, &c.)
38. Attentati sententia revocatoria an sit interlocutoria, vel habeat vim diffinitivam.
39. Attentatorum iudicium potest tres habere sententias conformes, prima executiva.
40. Attentati à revocatoria sententia appellationi, si non deserat iudex Ecclesiasticus, vim non facit.
41. Attentati sententia lata in favorem attentati possit, non recipit appellationem, sed si contra ipsum lata sit.
42. Appellatio prohibita in favorem alicujus, ipsi intelligitur permissa, si adversam sententiam obtineat. Cujus doctrine varia redduntur exempla, ibi.

Quantum cognitionem cum ceteris hujus secundæ partis habeat questio hæc, ex ejus fundamento parum haud clarè apparebit, si quidem supponi libet sententiam super causa attentatorum latam non diffinitivam, nec vim ejus habere, sed merè fore interlocutoriam, receptus quidem est. Enim verò illa interlocutoria esse dicitur, quæ fertur super his articulis, qui incidunt, seu emergunt in causis, gl. in clem. ad compesc. de seq. poss. Philipp. Franch. in c. cum cessante, num. 36. de appellat. sequuntur Archidia. & Specu. sed articulos attentatorum nihil aliud est, quàm incidens, & emergens in causa, & processu, ut patet in recollectis, Moëda. decisio 100. commissio sub rub. de iudicis, quo etiam argumento usa est Rota in decisione 10. aliàs 215. nota quod sententia, de re jud. in antiq. ad id etiam hoc, & alio ut solet fundamentum. Sententia diffinitiva est, quæ definit negotium, & causam princ. ut post gl. in d. clem. ad compescend. & alies per eam citatos, docet Franc. in d. nu. 36. Guido Papæ in consil. 104. n. 2. sed hæc sententia id non operatur, ut probat eadem decisio, ergo est interlocutoria, quod etiam probat post Rotam, Marquell. de commiss. 1. part. cap. 29. nu. 23. Quibus, & aliis fundam. quæ apud eos videre poteris, hanc doctrinam veram esse profitentur Alex. consil. 99. visis, n. 5. lib. 5. glossa, & Doctores in cap. non solum, de appell. in 6. Franch. in dict. cap. cum cessante, n. 45. vers. 9. quod sententia fertur super revocatione attentatorum, de appellat. idem post Rot. dec. 11. aliàs 85. in novis, tenet Bald. in sua practice. sub rub. de appell. 9. 2. n. 2. Guido Papæ in tract. de appell. quest. 121. Joan. Andr. in dict. cap. non solum, de appell. in 6. Rota decisione 1. aliàs 15. si iudex, ut licet pendente in novis dicens, quod re vera est sententia interlocutoria. Rotæ etiam in decisione 474. de offic. iudic. in antiq. Cravetta consilio 171. & ut magis communem, magis veram, atque probabilem hanc esse amplectendam opinionem, dicit Lancelot. Robertus, de attent. p. e. 28. num. 19. ubi à n. 30. aliquas declarationes annedit.

Quæ

2. Quæ præmissio, ne in hac quæstione detineamur, affirmo hanc conclusionem in ea, cum declarationibus inferius apponendis; ut à sententia lata pro revocatione attentatorum appellationi emissa minimè deferendum fore, nec vim fieri, ad quam primò, eo moveor, quod qui post denuntiationem novi operis edificat, innovat, & attentat, & edificiumque per viam demolitur attentati, ita tenet Bald. in consil. 245. proponitur, n. 2. lib. 2. sequitur à Jafone in l. 1. n. 3. versiculo 4. limita, ubi etiam Vincentius Herculanus col. 8. de operis novi nuntiatione.
4. Unde si nuntiatum procedit in opere post preceptum iudicis, nulliter agit, & omnia sunt revocanda eodem privilegio, quo gaudent attentata, pendente iudiciali appellatione gl. per illum text. in cap. non solum 7. versiculo reducendum, post medium, versiculo nisi prohibito, de appell. in 6. Philipp. Franc. in c. bonæ 51. colum. 5. n. 19. conc. 7. eodem titulo, Ruin. in l. 1. in princ. n. 14. & 15. col. 6. in fin. versiculo vel dic. quod licet, de novi oper. nuntia. Lancelot. de attentat. c. 18. sentent. in causa attent. foren. n. 63. & 64. Bald. cons. 245. proponitur, n. 2. vers. 2. præmitto, l. 2. Jal. in l. 1. in princ. n. 1. & 3. vers. 4. limita, de novi oper. nuntia. Ferrar. cautela 58. col. fin. Petr. Sard. cons. 154. nu. 9. lib. 2. Grat. disp. cepit. forens. 1. p. cap. 84. à n. 1. & sequentibus, dicentibus, quod ita nuntiatum habet vim inhibitionis, inducens privilegium attentatorum.
6. Sed à sententia demolitionis operis attentati, & innovati non admittitur appellatio, quia denegatur audientia: text. est in l. 1. §. sed si is, ubi Jal. n. 1. ff. de novi oper. nuntia. ex qua deducunt Doctores regulam generalem, quod in causis, & casibus in quibus à jure, seu à lege viva, vel mortua denegatur audientia alicui, ei etiam denegatur appellatio, quia censetur remota: ita tenent Speculator in tit. de appell. §. in quibus n. 32. vers. 30. & Bald. in addit. ad eundem in princ. Barnabas Brillo. in cap. si quis deinceps, per text. & glossam ibi verbo, audientia 16. quæst. ult. Buttigarius in cap. significavit, in fin. de exceptio. Venonens. cons. 64. col. 2. & Baidius Bostius remissivè ad eum in tract. crim. tit. de appell. n. 18. quæ sententia absque reatu attentati recite à iudice posse exequi, non obstant appellatione, firmat Rebuff. tit. de appell. art. 8. gloss. 12. n. 36. & 37. Cæ. oia in consil. 64. col. 1. in fin. post Bart. & Mantre. lib. 2. pract. consil. super attent. consil. 188. Philipp. Franc. in cap. de appell. colom. 5. versiculo sed in contrarium fecit, per Bartol. in l. peremptorias, Cod. sententiam rescind. non posse, & alios à nobis accuratè congestos supra, cap. 13. à principio; ergo evidenter probatur, appellationem emissam à sententia lata in revocatione attentatorum, non esse admittendam.
7. Cui fundamento, quod (ut vides) legitimum est, non obstat text. in cap. significantibus, de operis novi nuntiatione, ubi expresse videtur probari, in causa novi operis nuntiationis admitti appellationem, eaque quoad utrumque effectum, adeo ut quidquid post eam à iudice factum est, ut attentatum revocatur. Cui respondeo textum illum, licet procedat in causa operis novi nuntiatum, intentatur ad revocationem, & demolitionem operis novi constructi ante denuntiationem, cui & pars, & officiales cessantes in edificio acquieverunt, minimèque in opere ulterius processerunt, post ipsam nuntiationem, & sic procedit, quando contenditur, an quis jus habeat edificandi, vel non, quo casu sine detur sententia affirmativa, sive negativa, eum scilicet jure citare edificandi, ab ea appellatione utrumque habet effectum.
9. Non tamen procedit ille text. quando agitur ad revocationem & demolitionem edifici constructi, postquam sibi facta est denuntiatio, imò ea preterita, & in contemptum ejus ad ulteriora edificanda procedit, quod est innovatum, & attentatum, & quando pro

ejus revocatione tantum agitur suspensa, & pendente causa principali cui sit jus edificandi, & tunc lata sententia contra innovantem, ei denegatur audientia, & appellatio, quo casu procedit, & loquitur text. in dict. l. 1. §. sed si is cui, ff. de operis novi nuntiatione, & quæ nos hæcenus diximus, non tamen text. in d. cl. c. significantibus, de cuius intellectu lautis egimus in c. 8. si præ hac secunda parte, quem quoniam ibi comprobavi non libet repetere.

Secundo pro hac nostra opinione facit, nam omne jus potentius operatur in causa, quam in causato. Paul. Castrenf. consil. 129. volum. 1. ubi allegat. text. in l. digna vox, Cod. de leg. nam quando quid est propter aliud, 11 potius consideratur id, propter quod est l. & si non sunt clavi, 21 §. perveniatis ff. de auro & arg. legato, & magis causa servitium præstat, l. tempus 29 ff. de re jud. 12 propter enim unumquodque tale, & illud magis, clem. 1. in reliquis, & vener. sanct. auth. multo magis C. d. sacrosanct. Eccles. nam plus insit causa in se ipsa, quàm in causam Felin. in c. auditis, n. 20. de rescript. decisio Ge. nuenfis 128. num. 2. & probat text. in l. navis onuse in primo responso, ff. ad l. Rhodium de iactu, sed licet est, quod appellatio quæ emittitur ad differendum revocationem attentatorum, sive in causa contenta, sive diverso articulo, non admittitur, ut tradit Doctores in cap. an sit 42 de appell. præsertim Franch. n. 7. post Joan. Andr. & Sjecular. ergo multo fortius hæc debet denegata ceteri appellatio in se ipsa causa & tententia revocationis attentatorum, cum directè tendat ad differendum eandem, cum hoc operetur in causa diversa, & separato articulo; quod nã quæ contenta plane alicujus sit, ipsi fieri censetur, text. in l. additio, vers. ult. ibi, 15 propter me. ff. de acquir. hered. l. sed & si quid 26 ff. de usufruct. l. sed si plures, §. in arrogato ff. de adoptionibus, lautissime, in finibus Doctoribus relatus, nostras Ioan. Garcia in tract. de conjugali acquiesc. à n. 101. cum pluribus sequentibus.

Tertio facit quoniam sententia lata supra revocatione attentatorum (ut ad principia. in hujus capituli comprobatum reliquimus) est merè interlocutoria, ergo nec jure civili, nec canonico appellatio ab ea admittenda est, ex l. 1. Cod. quorum appell. non rec. l. ant. sententiam, ff. de appell. recip. Concil. Trid. sessio 22. de reformatione, cap. 20. & quia iustæ appellatio est contra jus, ex mente Decii in cap. an sit, sub n. 2. col. 2. vers. sic. secundus tamen fuit intellectus, de appell. quæ attentata ante omnia revocatur, per text. in c. non solum, de appellat. lib. 6.

Et quia si attentè attendantur decretales loquentes de hujusmodi attentatorum revocatione, afflicte invenies, tum Papam ante omnia mandare in commissione innovata revocari, & reponi, tum etiam ut nulli legamus, appellationem ab hujusmodi revocatione fuisse interpositam, & admittam, licet alias in longa facti serie mentionem fieri, assidue solet cussit per appellationis etiam à minimo interpositæ, de hoc autem nullibi, videre est per text. in cap. ad presentiam, cap. constitutus, significavit, cum pluribus aliis, de appell. cap. signifi. de oper. novi nuntia. cap. venientes, de jorejur. c. 2. ut licet pend. in 6. c. exhibita, de jud. & aliis in finibus quos potius laboriosum esset, quam subtile enumerare. Quod si foret permittum appellare, fortè aliquis eo remedio usus fuisset, si que contra jus merito iustæ appellatio judicanda est, secundum Decium in d. cap. an sit, ac per consequens nullatenus admittenda: text. est in cap. consuluit, el. 3. de appell. quia durum est contr. simul calcitrare. Actum Apost. c. 9. & quæ in hoc proposito congestissimus cap. præcedenti, quæ enim de facto, & contra jus sunt, de facto rescindere jus est.

Desuper & quare non datur, namque faciliùs amittitur jus quærendum, quàm jus quæsitum. Jal. consil.

conf. 236. an Rex. Roma colum. 4. lib. 4. Philipp. Decius in l. servus. Cod. de pactis, & consil. 269. Consultus. col. 4. Bald. in l. illud. col. 3. in quest. C. de sacrosanctis Eccles. Anchar. consil. 371. Tiraque. in l. si unquam. verbo donacione largitus. nu. 147. & in legibus conubia. gloss. 3. in princ. quest. vers. illud igitur pro constanti, sed in vocatio privat appellacione ab appellacione proposita; & jam in esse deducta, ex text. in dict. c. an sit. de appellat. secundum alium intellectum, ut quia appellans aliquid appellacione pendente (quia adversarium spoliando) innovavit; censetur suae appellacioni renuntiasse, gloss. magna in c. non solum. circa fin. de appellat. in 6. & post Anton. Hostiens. Panormit. & Immoiam late declarat Franch. in dict. c. an sit. in gloss. 1. num. 8. & ibi Decius n. 1. & consil. 103. in causa post princ. Bald. in c. ex parte Ade. col. 7. de reb. l. Angelin. l. fin. Cod. de temp. appell. Matefla in singul. suo 28. Menoch. de recuper. rem. 27. n. 39. Lanfran. decis. 443. appellans, & Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 159. ff. acquir. Mininger. sing. observ. centuria 2. decis. 50. Ioan. de Neviza. in consil. 36. nu. 10. & consil. 82. nu. 12. Quod extenditur, etiam postmodum purgetur attentatum; quia adhuc durat ipsa appellacionis renuntiatio, ut communem dicit Franc. in dict. c. an sit, & Lancelot. de attent. 3. p. c. 31. de penis attent. 237. cum 4. sequentibus, ergo cum fortius videbitur privare a proponenda, & nondum in esse deducta, quia cui licet quod est plus, utique licet quod est minus, & in majori semper inest minus, ex iuribus vulgaris.

21. Quibus adde & quinto, quia quando gravamen in aliqua sententia illatum est momentaneum, instantaneum, & per modicum tempus, ab ipso non appellatur: text. est in l. i. c. si de mom. poss. ff. de iur. & quia possessorii remedium momentaneum est, & revocari, ut & nempe proprietatis potest reparari, & revocari, ut & nos suo loco, infra 3. p. & supra, c. 6. diximus. Sed hoc remedium attentati huius est naturae, ut tantum duret, quantum petuntur ad diffinitivam; ergo nec in eo debet appellatio admitti, maxime quia hoc remedium attentatorum adhuc est magis privilegium, quam spoliium, & interdictum unde vi, secundum communem opinionem de qua relatur Decius in c. ex parte 2. col. fin. vers. quarta conclusio, de restitutione spol. & in consil. 200. in causa circa medium, pro qua est decisio Rotae 2. alias 14. fuit dubiatum, n. 3. de restitutione spol. in nov. Franc. in c. bona num. 13. & sequent. de appell. & in c. consil. num. 8. eodem titulo. Alexand. consil. 99. visis num. 4. l. s. Anchara. in cap. 1. ut lite pendens. in fin. Mandosus alios allegans in tract. commissio. in 14. form. commiss. attentato. in verbo causas, col. 8. sub versiculo circa quartum privilegium, Ripa. in cap. saepe, a. 10. de restitutione spol. Egidius decisio. 49. & dec. 294. id autem Stephan. Aufre. in additio. ad capell. Tholos. 15. ad fin. Ruinus consil. 76. l. s. Menoch. de recuperan. in remed. 17. num. 25. sed si possessoris his remediis minime appellatur: ex d. l. i. Cod. si de moment. poss. &c. ubi omnes Doctores, ergo, a fortiori nec in isto remedio revocationis attentati, tanquam magis privilegiato maxime quoniam quando hoc remedium cadit super possessione attentata, sapit naturam veri possessorii, ut expresse dicit Rota decisio 1. alias 13. si iudex. sub num. 7. in fin. ut lite pendens. in novis. & decisio 2. alias 113. tres sententiae, de re iud. in novis. & dec. 28. alias 517. de re iud. in antiquis, & alibi passim.

24. Sexto probatur, quia appellatio a condemnatione expensarum in tantum licita est, ut admittitur generaliter, ut aliquando etiam fiat earum, & condemnatio in sententia super negotio principali, a qua alias non admittitur appellatio, ut in possessorio operatur, ut non solum a condemnatione expensarum, sed etiam a tota sententia super principali admittitur, secundum Lancelot. de attentat. 3. p. cap. 30. n. 146. sed sic est, quod

appellatio etiam a sola condemnatione expensarum facta in sententiam revocationis attentati, non admittitur, secundum Innocent. in c. saepe de appellat. quem refert, & sequitur Rota decisio 1. alias 13. si iudex, ut lite pendens. in novis, & Misius in reperio. verbo appellatio non potest a condemnatione. fol. 15. Lancelot. loco relato. n. 147. ergo dicendum est, ut hoc attribuat maximo privilegio attentati, & sic ut in eo non admittatur appellatio, & in eo servetur regula juris, ut accessorium sequatur naturam principalis sui, de quo late diximus supra, hac 2. part. c. 7. in secunda limitatione principali, a numero 101. cum sequentibus & a numero 122. cum seqq.

Præfatis etiam omnibus addendum, quod quanta specialissima privilegia a iure in favorem huius remedium sunt concessa, & introducta quantumque poenae in odium attentantis, prout ad longum congestit Lancel. de attentat. 3. p. 30. titol. de privilegia. & cap. 31. de penis attentat. quae solum esse efficacior ratio ad prohibendam appellacionem, ut late diximus in c. superiori & in cap. 8. hac p. circa contumacem; & quia haec causa celerem expeditionem requirit, secundum Rotam Modernam in una Nolani, Abbatis, Regalis vallis coram Paleoto, ut est in collectis ipsius dec. 115. Ioan. Michael. ad fin. qua dicitur, quod attentatorum revocatio respicit abbreviationem litis, ac in ea proceditur videri, juris ordine non servato ut per Lancelot. de attentat. 3. p. c. 25.

In resolutione huius quaestiones Lancelot. Robert, 27. timidè, & non multum constans loquitur fuit, etenim in 3. part. cap. 28. an 43. quest. 3. tetigit, ubi arguit, & posuit fundamenta, ut a sententia revocationis attentati omnimodo liceret appellari, & quoad suspensivum, & devolutivum; mox alia addidit fundamenta pro directo contraria opinione; postmodum alia adduxit, ut appellari liceret, sed quoad devolutionem tantum, ut sententiae executio minime impediatur, & a num. 91. usque ad 98. per totum, & ad medium n. 95. versiculo quod si quis, dicit, forte, si quis voluerit tenere alteram opinionem, aut absolute affirmativam, aut absolute negativam, quod ipse magis adhæret negativae, tanquam magis probabili, & fundatae, in puncto quoque juris veriori, ex fundamentis superius per eum adductis a num. 49. dicitque (& tenendo eam non obstat ea, quae in contrarium pro prima opinione fuerunt considerata) quibus sigillatim respondet nulla supra, scripta limitatione.

Sed adhuc ipse ibi n. 98. versiculo, verum quia veritas novarum opinionum, &c. dicit, quod si aliquis voluerit sequi opinionem, quae habet, appellacionem admitti a revocatione attentatorum absolute, & quod ad utrumque, quae tacite (ut ipse dicit) colligitur ex nonnullis auctoritatibus (de quibus per nos protinus) necessario tamen eam debet limitare & declarare tripliciter, non verò aliter simpliciter admittere. Prima autem limitatio est attentatis, quae sunt circa possessionem, & per sententiam revocationis attentatorum venire restituenda possessio, quia tunc non admittitur appellatio, ut ipse late probando prosequitur a num. 99. Secundam verò limitationem appoluit nu. 127. ut in attentatis appellacione pendente, eius revocationis sententia non sit licita appellatio. Tertio limitatio est, ut in attentatis factis, lite pendente, quando a causa principali non admittitur appellatio, nec etiam sententia revocationis attentatorum admittenda est, & hanc scripsit a n. 130. cum sequentibus. Tu autem adde aliam, ut in ceteris attentatis omnino prohibitis inveniamus, & 31. l. 1. §. sed si is ff. de novi operis nuntiatione, de cuius intellectu supra egimus. Ecce igitur, quod haec limitationes exstant regulam penitus opinionis affirmativae, & admittis his limitationibus nullas ferè alias species invenies sub ea regula comprehensas, & propterea potius ipsas

ipsas regulam negativam constituere, affirmare rectè potest. Et sic etiam ipse Lancel. in ista secunda opinione etiam adhibens dictas limitationibus, nunquam poenae suos firmavit; sed semper in praerogativa negativa appellacionis; quam veriorè a iure, & c. riorè vocat tibi, eamque semper sequutus fuit, & in aliis diversis locis constanter, tenaciter, & absque varietate, ut videre est in 3. part. cap. 30. a n. 105. cum pluribus sequentibus, inter alia privilegia attentatorum hoc describit; scilicet ut ratione attentatum passu hoc sit inductum a iure privilegium, & ratione attentantis haec poena, ut attentans prohibeatur appellare, & regula generalis, ut appellatio non impeditur etiam Diabolo, ista sit limitatio in attentante, maxime appellacione pendente, ut ipse non audiat appellans. Et in eodem tractatu de attentat. 3. p. cap. 31. n. 318. cum pluribus sequentibus, inter alias poenas, quae ut odium attentantis a iure inductae sunt, hanc poenam refert, scilicet in attentantis appellacione pendente eius, scilicet, revocationis sententia non admittatur appellacionem, ex d. c. an sit, de appell. de quo per nos supra, in secundo fundamento. Et hanc opinionem omnino negativam sequitur etiam, & comprobatur Cæsar. Comard. in l. unica, in ampliat. n. 37. C. si de moment. poss. quem refert & sequitur Ruginell. tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 684. fol. 123.

Ex quo text. in d. cap. an sit, & eius intellectus secundum Anton. Panorm. Franc. Decium, & alios, hanc deducit ibi n. 124. regulam, & conclusionem, quod attentatis, appellacione pendente, in poenam, excluditur a beneficio appellacionis, quae probatur ex text. ibi, & quo primo loco hanc conclusionem eliceret. Franch. ibi n. 1. versio. 1. regula; & claris n. 7. & assentitur ultra jam citatos Lanfran. decisio 443. appellans, & Decius in cap. ex parte. el. 2. n. 6. de reb. l. & Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, sub n. 159. ibi Ioan. Cor. n. 102. de acquir. possessio, qui omnes hoc loquendi modo utuntur, attentantem appellacionis beneficium privari, quae poena illam declarationem admittit, ut non perpetuo censetur prohibita appellatio, sed pro prima vice tantum, ut per Franch. in d. cap. an sit, sub nu. 2. versiculo quartus casus, & Lancelot. loco proxime relato, nu. 230. & sequent. & vide nu. 227. cum duobus sequentibus, ubi dicit ex aliis hoc non procedere in causa diversa, nisi appellatio interposita per attentatam, etiam in causa diversa, tetenderit ad differendam revocationem attentati.

Ego verò medius inter partes aequissimam, veram, & probabilem resolutionem apprehendam, adeò ut nec in totum sequar opinionem affirmativam, absolute appellacionem quoad utrumque effectum permittentem; nec in totum alteram pariter absolute appellacionem prohibentem, quoad devolutivum, & suspensivum; sed ut admittatur appellatio a sententia revocationis attentantis, non tamen retardata eius executione, & sic quoad effectum devolutivum sit permissa appellatio, quoad effectum verò suspensivum penitus denegata. Quae opinio ex mente omnium est comprobata ex fundamentis superius adductis, convenientisque intentioni, etiam tacite, quae deducitur ex aliquorum Doctorum doctrinis, mentionem facientibus, de appellacione ab hac attentatorum revocatione (ut protinus videbimus) & hanc in praxi quotidie videmus asequi ut aequiorem, & servari; ac propterea suspensio negata appellacioni a revocatione attentatorum probatur ex omnibus, & singulis fundamentis superius hucusque a nobis adductis, quae omnino concludunt, & probant expresse devolutio autem praefata appellacioni permittitur aequè concessa invitata aequiorem. Suis namque attentatum passu sibi a iure consultus, ut possessionem sibi ablata cum fructibus, & expensis recuperet, reponaturque contra sua attentatum ante omnia ceteri expeditione, nulla dilacione admittit nec juris ordinè

servato, ut per Lancelot. de attent. 2. part. cap. 25. neque hoc appellatio impediatur: summus enim favor, & axiomamque illud est attentatum passu privilegium; nimis etiam odium attentantis, & tandem omnes effectum suum consequuntur, omniumque hoc modo intentioni satisfactis aequè consulitur, tam iudici exequendo, quam parti attentatum passu recuperando, & attentanti condemnato, qui mediante appellacionis effectu devolutivo, quandoconque sic fuerit gravatus indebita sententiae retractacionem appetere potest, & jus quod hoc modo sibi incolunt, & saluum est, consequi. Et hanc distinctionem sequitur Lancelot. de attent. 3. p. cap. 28. nu. 91. & sequentibus, cujus meminit etiam Scaccia de appell. q. 17. limit. 6. membro 6. n. 75. versiculo pro concordia adducuntur, &c. fol. 376. licet ipse affirmativam scilicet videatur sequi, tepidè tamen ex praxi verbis. Et de communi opinione huius distinctionis testatur Lancelot. ubi proxime, n. 17. fol. 446. Ad hanc concordiam reducendus etiam est Ruginellus tract. de appell. qui ex Mandosio & Lanceloto tenet, in §. 2. c. 3. n. 86. quod a sententia lata super revocatione attentatorum licet appellari, vi intelligatur, quod procedat quoad effectum devolutivum, ne videatur sibi ipsi contrarius, cum ipsemet in eodem §. 2. cap. 3. n. 684. expresse affirmavit, appellacionem non admittendam ab huiusmodi sententia super attentatis lata, quia debet intelligi quoad suspensivum effectum. Et hanc opinionem communiter etiam servat, & sequitur tribunal reverendissimi Nuntii horum Regnorum, quod dieque videmus, eius sententias, quibus revocatur attentata, exequi appellacione pendente.

Deinde, quia praefata fundamenta negata a nobis supra adducta, prout est, ut haec revocationis attentati sententia sit interlocutoria, & quod celerem expeditionem desideret, & similia, eorum appellatio non utrumque effectum habet, sed unum & devolutivum, ut suis locis dicitur, maxime quia cum attentatorum remedium unice possessorio affluenter, ut dictum est, sicut in hoc appellatio emissa unum tantum effectum potitur, ut ex his quae late per Covar. in pract. c. 24. a n. 8. ergo pariter, in illo dicendum est; deinde cum causa attentatorum alias iudicata est tam favorabilis, & magis, quam causa penionis, etiam cum clausula sine retardacione solutionis, ut per Rotam in una Tarvisen. coram Prospero, inter recoll. per Achil. de Grass. decis. 24. attentatorum causa, sub rubric. de attentat. & dicit Lancel. de attent. 3. p. c. 28. nu. 95. ac idèdè cum in penionis solutione appellatio non habeat utrumque effectum, stantè dicta clausula; ergo & ita in nostro casu, & hanc nostram opinionem aequissimam fateatur Lancel. ibi amplectendam.

Hoc & amplius suaderi videtur ex responsione a nobis assignanda quibusdam Doctoribus, ex quorum tacita intentione videbatur deduci, ab hac sententia revocationis attentatorum licitam esse appellacionem absolute. Et primò quoniam in ista quaestione, quae ab aliquibus disceptatur; an haec praefata sententia sit interlocutoria, vel diffinitiva, plures dicunt vim diffinitivae habere, quoad effectum, clem. a. appellacionem, de appell. ut appellans possit ex novis causis appellacionem iustificare, inter quos Author est Cardin. in d. clem. appellat. in q. quest. 9. & Petrus Duënas in regul. 47. n. 3. versio. 3. salvis Rota decisio 1. ut lite pendens. post princ. versiculo nec obstat, ergo tacite sequitur appellacionem esse permittendam, dum supponitur appellacionem ex novis actis iustificari posse. Quia respondeo; veram esse suppositionem, & laqueam tacitam, sed in hunc tamen sensum accipiendos fore, ut appellatio admittatur, & sequatur, etiam non retardata sententiae executione, quia non obstat causa appellacionis devolutiva ad suspensionem, & coram eodem tractatur, rectè verificatur, & cadit omnino doctrina ditorum Doctorum,

torum, quæ in hunc sensum recepta nihil detrahit nostræ.

39 Nec secundo loco obstant Rotæ decisiones, 2. alias 113. de re juri. in novis, & decisio 28. alias 517. eodem titulo in antiquis, supponendo in attentatis tres fuisse latis sententias conformes; ac per tres instantias itum, quod non potest esse absque appellatione à prima, & sic successivè à secunda, quibus faciliè patet responsio, etiam nostra opinione retenta, cum in ea appellatio permittatur, ut dictum est, & sic bene potest pervenire ad tres instantias, & tres conformes, præcedente executione prioris, appellatione non obstante, imò multi possunt dari casus, nihil intentioni nostræ, & æquæ resolutioni detrahentes, quibus attentatorum revocatio non fiat, nisi post tres conformes, prout contingit, quando prima sententia, & secunda lata sunt contra attentata passum, estque revocatio denegata, à qua potest ipse appellare quoad utrumque effectum, ut mox dicitur, & ita necessariò debet ire per tres instantias, & tres conformes, antequam attentati revocationem consequatur, ut alias diximus, instrumentum Camerali, quia si in prima sententia denegata est ejus executio, & sic contra creditorem referatur, tenetur spectare tres conformes, antequam instrumentum exequatur, nisi sit postmodum aliqua pro se lata, qua recuperet privilegium executionis; quia semel prohibitionem evasit. Idem est dicendum in judicio legis fin. C. de editio divi A. lvi. & in alimentis, multis, & similibus, quia lata prima sententia contra possessionem, alimenta petentem, admittit appellatione quoad utrumque effectum, & in tota causa tres sententias necessariò executoriales spectandæ sunt, quousque aliquam favorabilem actorem consequatur; ut nos latè Deo. dante de hac questione agemus infra, part. 3. in his capitibus, & præcipuè cap. 4. per totum, ubi latissimè de hoc articulo tractatur, cum distinctione juridica procedendo.

Alios etiam casus possimus constituisse, ut verificentur præfata Rotæ decisiones, adeò ut in nihilo nostra opinio lædatur, quos ad id proposuit Lancelot. de attent. 3. p. c. 28. n. 95. versic. ad tertium similiter, quòd possunt dari tres sententiæ in causa attentatorum, vel quia passus attentata, in cuius favorem fuit lata prima sententia, minime attendit in hujusmodi privilegio, & sic negligens vel ignarus non petit ejus executionem, sed curando tantum eam defendere, ne sibi revocetur, eundo in sequelam appellationis, ut multoties contingit.

Potest in hoc etiam evenire, vel expresso accedente partium consensu, vel tacito; ut quia etiam is, qui est attentata passus, hoc suæ sententiæ privilegio abuti malit, pro tam brevi tempore, ne forte ipsa postmodum revocata sententia, per alias tres patiatur gravamina, & incommoda, quæ accidere solent in repositione executionis erga restitutionem possessionis adeptæ fructuum, & expensarum, qui, vel quia multum confidens de sua justitia causæ principalis malit, litium anfractus, & dilaciones succidere pro ea definitivè consequenda; prout ego vidi non paucos litigatores hanc facere considerationem; ac ideo quod tacitè ex mente prædictorum Doctorum, & Rotæ decisionum deducitur, non urget, quoniam non debet attendi, quod de facto factum est, sed quod de jure fieri debet. Rota decis. 58. alias 412. si appellatur, de appellationibus in novis, quia cum nostra opinione rectè potest concurrere, eique omnino adaptari, & quod magis est, in favorem retorqueri secundum intelligentiam à nobis assignatam.

40 Quibus suppositis, in hac questione potest constitui regula, iudicem nullo modo vim facere, si appellationi emissæ à sententia lata pro revocatione attentatorum non detulerit, cum tunc à jure non cogatur de-

ferre, imò sententiam suam absque metu & reatu attentati possit ad effectivam, & adualem executionem trahere; quæ regula adaptatur tam nostræ æquissimæ opinioni, ut quoad suspensivum hoc casu censetur prohibita appellatio, quam absolute negativè quoad utrumque, quam sequi à temeritate non distaret, cum nimis rigorosa sit.

Quam regulam loco limitationis, ut declarares, v. 41 lo: ut scilicet intelligatur, quando sententia lata est in favorem attentatum passum, non tamen quando contra ipsum, & in favorem adversarii attentatis lata sit, quia cum hoc appellationis prohibendæ privilegium inter cetera à jure in favorem passum inducatur, in ejus damnum retorqueretur, si à revocatione attentati negata non sibi permitteretur appellatio quoad utrumque, juxta regul. text. in quod favore, C. de legibus, imò loco privilegii pœnam consequeretur, quod esse non potest, quia ordinata ad unum finem, contrarium non debent operari, & attentans, in cuius odium appellatio non suspendit, ex suo dolo, & malitia reporiaret commodum, & sic foret ut ordinata ad unum finem, contrarium effectum operarentur. Itaque dicendum est, ut appellatio emissæ à sententia revocationis attentati non suspendat, à denegatione autem revocationis, & sic contra attentatum passum, & in favorem attentatis, posse passum appellare quoad utrumque effectum. Pro quo facit in his terminis propriis, quod ita consulti Angustin. Berouus consil. 51. in hac causa, versiculo secunda conclusio, n. 5. & sequentibus, lib. 3. ubi dicit, & probat, quòd à denegata revocatione cuiusdam sequestris, quod prætendebatur attentatum, & ex eo capite petebatur revocari, valide potest appellari ab ipso sequestrato attentatum passum, cui revocatio denegata est, ita ut præfata appellatio pendente nihil sit innovandum. Et facit etiam Egidius decisio 47. ubi appellatur, dum ibi supponit quòd à sententia lata in attentatis contra utramque partem, utramque ab ipso appellasse, quod aliud foret dicendum si adversus attentantem solum modo lata fuisset, & hoc & notorium, & vulgare est, quòd 42 quando in favorem alicujus à jure appellatio prohibetur, ut ipsi privilegiato non censetur prohibita, sed permittitur, quando adversus illum sententia fertur, sed integraliter suos effectus habeat, ut in pronuntiatione negativa heredem non mittendum in possessionem, utentem remedio l. fin. Cod. de editio, juxta stupendum dictum (quod vocat) Angeli in l. qui quis, num. 2. Cod. quorum appellat. non recip. & in sententia lata in possessorio contra ipsos, juxta ea quæ late Lancelot. in tractatu de appellat. perm. vel prohib. in possess. 25. limit. regula per eum ibi posita, Jacob. de Sanc. Georgio in lib. fin. n. 30. & Zuchard. nu. 443. Cod. de editio divi Adrian. solen. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. sub n. 649. versus finem, versiculo appellabitur. Lancelot. tractatu de assensu. 3. part. cap. 18. n. 89. Scar. cia tract. de appellat. qu. 17. limit. 6. membro 6. n. 38. fol. 350. Petrus Duëñas regul. 44. fall. 1. Menoch. tractat. de adipsen. remed. 4. qu. 100. n. 856. versic. secundus, fol. 54. Achil. Personat. tractatu de adipsen. possess. n. 244. versiculo vel & quoque, fol. 269. Petrus Surd. tractatu de alimen. titul. 8. privileg. 60. n. 26. & 27. Tiraquell. tractat. de morti facti le xif. p. 6. declar. 6. n. 3. versiculo id autem. Cæsar. Comyrd. in leg. unica in ampliacione, n. 113. versiculo non esse. Cod. si de moment. possess. & loquendo in sententia negativa alimento. 25. penult. ut appellatur quoad utrumque tenet Angel. in l. fin. sub n. 1. ff. de appellat. recip. quem referunt, & sequuntur Contar. ubi proxime, limit. 7. nu. 19. Petrus Surd. d. privilegio 60. n. 24. in fin. & n. 25. & sequentibus, & signanter n. 23. in fin. Ruginell. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 68. Scar. cia de appellat. qu. 17. limit. 7. num. 19. & seqq. qui numero 20. confirmat ex doctrina Angeli in d. l. fin. sub num. 1. quem referens sequi-

sequitur Contard. ubi proxime, & Ruginell. d. c. 3. n. 7. quòd potest appellari à sententia, qua pronuntiatur, annonam non esse distribuendam in usum militum (licet loquendo in possessorio, Marquesan. tract. de commissio cap. 2. n. 28. fol. 235. post Puteum, affirmare contrarium ausus fuerit.) Et idem contingit in sententia negativa, seu contra creditorem executionem instrumenti Cameralis, seu guaranteegiati, seu sententiæ etiam petentem, quia tunc à lata sententia negativè concepta conceditur appellatio, licet ab affirmativè lata non admittatur iis in casibus, quoad suspensivum, ut suis locis commodius latius Deo dante diximus, præcipuè infra 3. part. p. 4. per totum, ubi multa circa hunc articulum congestimus omnino videnda.

CAPUT XIII.

Si à collatione, electione, confirmatione, præsentatione, institutione beneficii, aliisve actibus extrajudicialibus, appellationi interpositæ judex Ecclesiasticus non deferat, an, & quando violentiam facere dicitur: ubi exactè, quando judicialiter, vel extrajudicialiter in provisione beneficiorum processum fuisse, vel debuisse dicatur.

SUMMARIUM.

- 1 Extrajudicialis actus non recipit appellationem, nec causat attentatum.
- 2 Extrajudicialis actus est beneficiorum provisio, & collatio sui primæva natura attentata.
- 3 Examen ad beneficium est actus extrajudicialis.
- 4 Extrajudicialis provisio beneficii non est interlocutoria, sed pro interlocutoria habetur.
- 5 Extrajudicialis institutio, aut confirmatio loco interlocutoria habetur.
- 6 Examen ad beneficium tanquam actus extrajudicialis non requirit citationem.
- 7 Provisio parochialis juxta formam Tri. non est judicialis, sed extrajudicialis.
- 8 Informatio qualitatum ad provisionem beneficii sit extrajudicialiter nullo citato.
- 9 Provisio ubi extrajudicialiter fit, collator non tenetur testes comparere, nec processum formare, nec illi publicare, sed extrajudicialiter animum suum informat.
- 10 Extrajudicialis provisio nõ requirit alicujus citationem.
- 11 Extrajudicialiter procedit executor ad beneficium, & de qualitatibus moribus, & vita, seu habilitate provisivi informatur extrajudicialiter nemine citato.
- 12 Executor non tenetur citare volentem opponere impetrandem non esse idoneum.
- 13 Extrajudicialiter procedunt regulariter executores ad beneficia.
- 14 Dispensationes matrimoniales commissæ ordinario juxta carum clausulam, extrajudicialem informationem appetunt.
- 15 Executor dispensationis matrimonialis potest testibus probare injustitiam, cum tam per scripta, quam per non scripta judex animum suum informat.
- 16 Extrajudicialiter processum qui injustum dixerit, aliunde tenetur verificare injustitiam, quia pro actu extrajudiciali præsumitur, non verò gravamine.
- 17 Extrajudicialis in provisione conferens non ut judex, sed ut privata persona procedit.
- 18 Salgado de Protec. Reg.

- 19 Executor collatoris non habentis jurisdictionem, potest se extrajudicialiter informare.
- 20 Extrajudicialis appellatio est si interponatur à parte vel à giudice ante judicium ceptum.
- 21 Extrajudicialis actus nunquam transit in rem judicatam.
- 22 & 23. Executor executoris extrajudicialiter procedens de jure non citatis (salvum jus reservat).
- 24 & 25. Ab extrajudiciali gravamine duo oriuntur remedia, appellatio intra decendium, recursus extra illud.
- 26 A gravamine peræquatorum, hoc est, repartidores de pechos, appellatur intra duos menses à die notitiæ gravaminis.
- 27 Sententia non profertur, ubi deficit judicium & litis pendencia.
- 28 Extrajudicialiter procedens executor gratiæ nullam refert sententiam, sed gratiosam executionem.
- 29 Extrajudicialiter facta institutio, collatio, seu provisio beneficii fieri potest die feriata, secus si judicialiter.
- 30 Formajuramenti, de qua in c. ut circa, de elec. lib. 6. servanda in appellatione; procedit, quando electio fit extrajudicialiter, secus si judicialiter.
- 31 Extrajudicialiter potest Episcopus extra diocesim instituire, & confirmare, secus si judicialiter.
- 32 Actus quales geri possunt extra jurisdictionem, diocesim, seu provinciam, remissivè.
- 33 Provisio beneficii facta servata sua primæva natura, non recipit appellationem.
- 34 Provisio beneficii judicialis fit cum contradicere legitimo, & requiritur definitiva pronuntiatio.
- 35 Judicialiter proceditur in provisione beneficii, vel ex voluntate collatoris, vel ex juris necessitate, prout natura negotii postulat, & seqq.
- 36 Executor an beneficium regulariter non tenetur partes judicis assumere; si non vult, secus si vult, quia tunc potest judicialiter facere provisionem.
- 37 Extrajudiciales actus potest judex, vel executor judicialiter celebrare si vult.
- 38 Judicium mutare in majorem causæ cognitionem parte non contradicente, nullam causat nullitatem, secus si in minore.
- 39 Judicis partes assumere in provisione beneficii, quibus casibus judex ex necessitate tenetur juris.
- 40 Judicis partes assumere tenetur judex in provisione beneficii, quando commissio, aut dispositio utitur verbo (judicium) quod in judicialibus, non extrajudicialibus verificatur.
- 41 Extrajudicialia, & judicialia sibi invicem contraria sunt, & repugnantia.
- 42 Extrajudiciales actus nunquam transeunt in rem judicatam, ex quo in eis judicium deficit.
- 43 Dicitio (judicium) quam habeat significacionem.
- 44 Judicis partes assumere tenetur in extrajudicialibus, si commissio faciat mentionem dictionis (lis) quæ verificatur in judicialibus, & late contestata.
- 45 In extrajudicialibus actibus non dicitur lis introducta.
- 46 Per extrajudicialem actum beneficium nec res dicitur litigiosa.
- 47 Ab extrajudiciali actu per appellationem etiam coram superiori presentatum non dicitur beneficium litigiosum, nec litem pendere.
- 48 Judicis partes assumere tenetur executor sive dispensationum, sive gratiarum, sive continent clausulam (vocatis vocandis) vel quod citetur aliquis.
- 49 Executor merus tenetur assumere partes judicis, si adsit clausula (citatis citandis).
- 50 Executor merus vigore clausulæ (citatis citandis) efficitur mixtus.
- 51 Executor vigore clausulæ (vocatis vocandis) nõ tenetur assumere partes judicis, si nullus appareat contradicitor.